

388. ***Lockhartia chiriquiensis*** Schltr. nov. spec.

Epiphytica, erecta, pluricaulis; rhizomate valde abbreviato; radicibus filiformibus, glabris; caulis simplicibus, dense foliatis; usque ad 18 cm longis; foliis erecto-patentibus, equitantibus, subfalcato-lanceolatis, obtusis, 1—1,5 cm longis, basi 3—5 mm latis; racemis brevibus, ut videtur plus minus nutantibus, laxe paucifloris, nunc pauciramosis, pedunculo brevi inclusio usque ad 2 cm longis; bracteis amplis ovatis, acutis, amplexicaulibus, ovario gracillime pedicellato tamen multo brevioribus; floribus in genere inter minores, tenuibus, glabris; sepalis ovalibus, apiculatis, 2,5 mm longis, lateralibus obliquis; petalis oblique ovalibus, obtusiusculis, basi cuneatis, quam sepala subaequilongis; labello e basi trilobo, 4 mm longo, inter apices loborum lateralium 5 mm lato, basi callo ovali integro ornato, lobis lateralibus divaricantibus, obtusis, intermedio circuitu rhoimbeo-ovali, antice obtuse bilobulato; columna brevi, alis subquadratis, margine subcrenulatis; ovario cum pedicello gracillimo, glabro, c. 1 cm longo.

Panama: In der Nähe von San Felix, am östlichen Chiriquí, bis 120 m ü. d. M. — H. Pittier (B. S. P. C. Z., no. 5286), blühend im Dezember 1911.

Habituell stimmt die Art gut zu *L. micrantha* R. f., doch das Labellum passt weder zur Reichenbachschen Beschreibung, noch zu der von ihm gegebenen Abbildung, auch sind die Blüten grösser.